



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1762**

**VD18 90118014**

§. 41. Thomas in Sanctorum Catalogum refertur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66377](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66377)

testatis Sæcularis non administrent. Qui Sæcul. XII.  
hoc præsumserint, a Beneficiis Ecclesiastि- A.C. 1172.  
cis arceantur. Vir ad Religionem non  
transeat, uxore in Sæculo remanente,  
vel e converso, nisi ambo vacandi operi-  
bus carnis tempus excesserint. In Ad-  
ventu Domini, omnibus qui poterunt,  
maxime autem Clericis & Nobilibus je-  
junium & abstinentia carnium indicatur.  
Circa Decretum autem, quo Presbyteris  
prohibebatur, ne quidquam exigerent  
de rebus morientium, nec pro Bene-  
dictione Sponsarum, pro Baptismo, &  
pro absolutione excommunicatorum, a  
quibus quadraginta octo libras petebant,  
nihil perfectum est, quia Episcopi Nor-  
manniæ illud recipere noluerunt. In  
eodem Concilio Archiepiscopus Turo-  
nensis querelas contra Archiepiscopum  
Dolensem recoxit, quem non Archiepi-  
scopum sed Episcopum, sibi subjectum,  
esse affirmabat. At Clerici Dolenses  
constanter reclamarunt.

c. 10.

c. 13.

## §. XLI.

*Thomas Sanctorum Catalogo ad-  
scribitur.*

Inter hæc, Alexandrum Papam miracu-  
lorum, quæ ad sepulchrum Thomæ  
Archiepiscopi edebantur, primum vox  
populi certiorem fecit, deinde etiam  
virorum fide dignorum testimonia, ac  
tandem

Sæcul. XII. tandem etiam datæ literæ duorum Leg.  
A.C. 1173. torum Alberti & Theoduini, qui eo  
melius tantam rem edoceri potuerant,  
quo propius locum sepulturæ degebant.  
His ergo testibus munitus, cum pra-  
terea privatim S. Præfulis virtutes  
sibi cognitæ essent, adhibitis ad con-  
silium Cardinalibus, eum solemni ritu,  
in Ecclesia, die cinerum, vigesima prima  
Februarii, anno millesimo centesimo sep-  
tuagesimo tertio, præsente magna Cleri-  
corum Laicorumque frequentia, Sanctis  
adscripsit, Martyrum numero inseri jussit,  
eiusque Festum singulis annis in die obi-  
tus vigesima nona Decembris celebrari,  
quod hodieque in tota Ecclesia Catholica  
observatur. Id cognoscimus ex duabus  
Bullis Signii duodecima die Martii datis,  
quarum altera ad monachos Ecclesiæ  
Metropolitanæ Cantuariensis, altera ad  
universum Clerum populumque totius  
Angliæ dirigitur.

Ceterum Divina Vindicta in S. Præ-  
fulis percussores, qui omnes quatuor intra  
annum tertium, nempe millesimum cen-  
tesimum septuagesimum tertium perie-  
runt, emicuit. Hi peracto facinore, ad  
aulam redire non ausi, in proedium Hugo-  
nis Morevillensis, nefandæ cædis con-  
scii, in ora Angliæ Occidentalis positum,  
se receperunt, ubi tamdiu commorati  
sunt, quoad ipsimet horror ille, quo  
eos

*Roger. ann.*  
*p. 522.*

Leg.  
qui co  
merant,  
ebant,  
n pr  
irtutes  
d co  
i ritu  
prima  
no sep  
Cler.  
Sanctis  
jussit,  
ie obi  
ebrari,  
holica  
uabus  
datis,  
clefiz  
era ad  
totius  
Præ  
r intr  
n cen  
perio  
e, ad  
Hugo  
con  
itum,  
norati  
quo  
eos

eos omnes Boni in ista regione aversabantur, intolerabilis accidit. Nemo Sæcul. XII.  
A.C. 1173.  
cum ipsis colloqui, nemo familiariter  
cum ipsis cibum capere sustinebat, & ne  
canes quidem, quod de eorum mensa  
supererat, sibi projectum devorasse di-  
cebantur. Tandem quatuor illi Equites,  
conscientiae morsa stimulante Alexan-  
drum Papam adierunt, qui eis in ad-  
missi sceleris pœnam peregrinationem  
Hierosolymam injunxit. Alter eorum *Gest. post  
Guilielmus de Traci in Italia remansit,* *Martyr. c. 9.*  
pœnitentiam omisso itinere maritimo  
peracturus. Verum brevi post Cosentiæ  
in Calabria horrendo morbo corripitur,  
ita ut putrefacta & consumta brachio-  
rum pedumque carne nuda ossa intuen-  
tibus paterent. Amaram facti pœniten-  
tiam & dolorem profitebatur, ac novis-  
simum Martyrem devotissime invocabat.  
Quod deinde Episcopus Cosentinus, e-  
jus in ultima lucta Confessarius, aliis re-  
tulit. Ceteri tres Hierosolymam per-  
venerunt, ubi paulo post vita functi, at-  
que ante portam Templi sepulti sunt,  
addito hoc Epitaphio: *Hic jacent mor-  
talium miserrimi, qui beatum Thomam  
Archiepiscopum Cantuariensem Marty-  
rio affecerunt.*

## §. XLII.